



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De diuersis effectibus sponsi cœlestis in anima contemplatiua , heroica,
amorosa, & de actibus ac gradibus charitatis ardentissimæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

torum fantasmatum, fluctuantium cogitationū suauiter conquiescit obdormiens in dilecto. Sicq; Pro modulo suo ad momentum & punctum idipsum ostenditur ei videndum sicuti est. Inter hęc nāq; deus efficit ipsum in idipsum: ut sit ipse pro modulo suo sicut & illud est. Tunc plerūq; in oculo patris & filij medium inuenit se contemplator huiusmodi. Postremo de hac re satis profunde scripsit in libro de perfectione filiorum dei, iuxta experientiam suam. Iohannes Ruisbroechius in Iohannes ter cætera dicens. Oportebit nos fundare vitam ruysbroc; nostram supra infinitę profunditatis abyssum.

Et ita poterimus in amorem æternaliter mergi, atq; a nobis in ipsam imperscrutabilem profundatatem demergi. Et in eodem amore modo carēte palpabimus & a nobis deuiaabimus: & ipse nos ducet ac seducet in immensam & incōprehēsam amoris dei amplitudinē. In quo quidē nos fluemus & a nobis defluemus in ignotas delitias opulētiae ac bonitatis diuinæ: in quibus liquebimus & deliqbimus, profundabimus & de profundabimus in gloriam dei. Hęc & alia multa scribit, q; pie ac sapienter sunt intelligenda ne fint alicui erroris occasio. Claresquidē nisi ab ex pertis neq;unt intelligi.

De diuersis effectibus sponsi cœlestis in aīa cōtemplatiua herorica amorosa: & de acti bus ac gradibus charitatis ardētissimæ ac perfectæ. Art. XVII.



Vam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quā abscondisti timētibus te. Sicut diuinus log' Diony. Charitas v̄tus est vnitiuaj. Primus ita que charitatis est mētē amatis deo cōtūgere

(Nam

Diony,

D. DIONY. CARTHY

1. Iohann. 4 Nam & mentem auersam ad ipsum reducit
vertit, hinc in prima sua Canonica ait Iohannes

apostolus. Qui manet in charitate: in deo manet
& deus in eo. Vnde & sine charitate nulla ve-
tus mentem deo proprie simpliciterque coniungit.
Secundus actus ac gradus charitatis, est cor ac-
tis in deum transformare. Quoniam charitas
tus est confirmatiua seu assimilatiua ac peren-
tiua, voluntatem amantis conformans voluntati
amati, imo amantem a seipso quodammodo
alienat, & in dilectum transfert, atque com-

Diony. tat. Propterea sancto Dionysio cōtestante, De-
nus amor extra similitudinem facit: quia non sinit amantem
esse suūpsorum: sed eorum quos diliguntur: in quo
quasi extra se positi tendunt, inquentur, & aman-
tuntur. Hinc sicut ferrum ac carbonē calorique
quasi transformare videtur in ignem, ita videtur
proprietatem, actum, & similitudinem inde-
sic charitas in amatum transformat ac transfor-
nit amantem. Propter quod asserit Augustinus.

Augusti. Matth. 6. Quod anima verius est ubi amat: quam vici
nimat. Et Christus in euangelio: Vbi, inquit, es
faurus tuus (id est res quam precipue diligis),

Iohan. 17. est cor tuum. Et rursus, Pater sancte serua eum
nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint vni: ha-
dubium quin per charitatem, sicut & apostoli

1. Corin. 6. Paulus dicit, Qui adhæret deo, vnum spiritus est.
Ecce quantum transformationem & vniuersalitatem
efficit charitas. Nā & de primitiua ecclesia on-

Agricu. 4. ni charitate repleta fertur: Multitudinis cre-
sum erat cor vnum & anima vna. Amicorum
nim est eadem velle atque eadem nolle, secun-
dum philosophum. Et Plato ac Aristoteles pro-
fessi sunt, qd amicus est alius idem, seu alter eg-

Philoso. Vbi
cul
uar
tra
cen
que
des
pro
ens
dus

H V.
reducit
it Iohannes
eo manc.
nulla v.
coniunctio
est coram
charitas
ac penit.
ns volum.
damna
ie comm.
rante, Da
t aman
nt: in q.
r, & an
calorip
ta vi
em indu
ac transp
augustin
am via
inqui
diligent
erua cos
vnū: ha
: apofes
piritus
vnitatis
celia or
is cred
niconi
ille, secu
oteles po
alterat
V
DE FONTE. LVC. Fo. 159.

Vnde & sponsa in sponsum cœlestem per charitatem transformata fatetur in canticis. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Tertius charitatis actus ac gradus est, diligentem cum dilecto Canti. 7.
indissolubiliter colligare, idcirco dixit Isodorus, Hodo.
quod diligere dicitur quasiduo ligare. Nēpe q̄ amor amplius crescit & inualescit: eo validius amantem amato astringit ac colligat, producēdo quasi continua m memoriam & affectionem dilecti in animo diligentis. Cuius charitatiæ affectionis tāta est vis, vt nulla aduersitas, nulla prosperitas, nullus euentus eam valeat confringere, vincere, aut auferre. Propterea deum sic diligēs cum Apostolo dicere potest: Quis nos separabit Roma. 8. a charitate dei? Sic Christū inclytus ille martyr Genesius diligebat: Non est, inquiens, rex præter Christū: pro quo si millies patiar & occidar: ipsum mihi de corde auferre nunquam poteritis. Quartus charitatis actus ac gradus, est amorem p̄e vehementia affectionis vulnerari amore dilecti: iuxta illud in Canticis, Vulnerasti cha Canti. 4.
ritate ego sum. Itemque: Vulnerasti cor meū soror mea sponsa. Nonne corde vulneratus, percussus, perforatus charitatis acumine ac sagitta tibi videtur amator, dum vehemens ille amoris affectus, penetrat, affectus mentem eius medullitus transuerberans: ut desideriorum suorum effervescentiam, gestus, effectus, ac signa reprimere nequeat, celare non possit, dissimulare non valeat: desiderio ardet, feruet affectu, æstuat & anhelat profundissime ingemiscens, separationis impatiens, ac longa suspiria trahēs. Hic charitatis gradus interpolationem interim admittit, instarq; febris

D. DIONY. CART.

febris nunc intensus nunc remissus vir acsum
lat, imo frequenter fortior redit. Ad quem quic
gradum peruererat nimirum Augustinus, au
confitens deo diceret. Sagittaueras tu cor meum
charitate tua, & gestabā verba tua vilscribū
meis infixa. Coruscasti in animo meo, & fō
ter inflammasisti & cōmouisti omnia intima mea.

Qnintus actus & gradus, est amantem pre
more languidum facere. Iuxta illud Cantico
Can. 2. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia an
re langueo. Ex vulneratione quippe oritur lāgu
dum prætacto modo mens amore vulnerata
lecti, nec tamen eius ad libitum habens præl
am, duplice mōrō atque desiderio bipartita
fligitur.

Eccle. 24. Cum siquidem ipsa increata sapientia
testetur. Qui edunt me, adhuc esurient, confit
mens deum in hac vita contemplans, quam
lympidius contemplatur, eo ad faciale mō
atificā eius visionem vehementius inflam
atur: ideoq; de illius visionis absentia, de plectra
itionis carentia contristatur, adeam quoq; ante
anter suspirans cum apostolo vociferatur, In

Ruma. 9. lix ego, quis me liberabit de corpore mortali
Phil. 1. ius? Item: Cupio dissolui, & esse cum Christo
Psal. 119. cum propheta. Heu mihi, quia incolatus meus
prolongatus est. Rursus dum anima ad actiones
dei contemplationem claram ac delitiosam
cundum possibilitatem vitæ præsentis prou
tur, & interdum repente ab ea dilabitur, ja
ad pristinas suas grumnas, distractio
nes, tētationes reuoluitur: tunc mōrō confit
ad eleuationem suspirans priorem, quæ ei in
dū dispēsatīve nunc breuius, nunc lōgius deo
derāte subtrahit. Itaq; duplex hic mōrō ac g

mebundum desiderium languor vocatur animæ
cōtemplatiæ ac amorosæ (cuius est dicere) Quē Psalm. 41.

admodum desiderat cœrus ad fontes aquarum:
ita desiderat anima mea ad te deus. Sit iuxta ani-

ma mea ad deum fontem viuum. Quando veni
am & apparebo ante faciem dei! Tali etenim

deit atferuidissimo amatori nil libet nil sapit in
rebus caducis. Vnde sanctissimus abbas Silua-

nus post contemplationes & visiones suas altissi-
mas rediēs ad seipsum, ad exteriora quę pro-

grediens: vultum suum operuit dicens. Quid ne-
cessere est lucem istam corporalem videre, in qua

nihil est utile. Et Gregorius: Lux, inquit, fastidio
est. Ideo deum deprecans effatur. Educ de carce- Gregori.

re animam meā ad confitendum nomini tuo. Se- Psal. 140.

xus actus & gradus, est a seipso prorsus deficere

atq; defluere: ita ut taliter a mans cum apostolo Gal. 1.

fateatur. Viuo iā non ego: viuit vero in me Chri-

stus. Languore namq; mors consequi solet. Ita q;

superdulcissimus ac superp̄fissimus deus se ab a-

nima amotosa cum tanto mōrōe expectari,

cū tanto desiderio appeti cernens, cū ingēti di-

gnatiōe ac mira liberalitate ad illū reuertit, ad

clariorē q; an sui cōtemplationē ac calidiorē a-

mōrē erigens eā in tantū, ut ferre neq;at. Quē ad-

modū Hiere. prophe. testat. Factus est sermo, in- Hie. 20.

quiens, dñi in corde meo, quasi ignis æstuans: & Psal. 83.

defeci, ferre nō sustinēs. Et alias, Cōcupiscit, inq;

& deficit aia mea in atria domini. Raptus erē

anim et absorptus, introductus & immersus a-

nimus in diuitias gloriæ, in oceanum deitatis im-

mensæ , præ admiratione incircumscripibilis

majestatis & entis æterni prorsus independentis

nulliusque indigentis, cuius nulla est causa in

cuius manusunt omnia ; defuit prorsus ac de-

sicit

D. D I O N. C A R T.

ficit a se ipso, transiitque totus in principem meum
statis, in fontem luminis, in deitatis abyssum,
quiescens atque obdormiens in dilecto, et aliud
aduertens prædominante in ea intuitione calig-
nis, totumque præoccupatè ardore amoris. Quo
vir sanctus expertus: Inflammatum est, inquit,
cor meum, & renes mei commutati sunt; & quod
ad nihilum redactus sum, & nesciui. O quam
ne & optime est tunc animæ amoroſa, quam
rena, quam iucunda, quam cœliformia acta
quilla sunt omnia tunc in ea. Vbi tunc nebulae
tiorum, turbines passionum, inuolutes fama-
smatum, varietas distractionum, inquierudo
tationum? Nonne a præsentia solis iustitia & con-
spectu & ardore atque fulgore solis sapientia
giunt omnia illa? Septimus gradus & actus
mentem ad mysticæ theologiæ visionem
cam caliginosam ac supersplendente promovet.
De qua re supra iam tacta sunt plura. Eſequio
ſilio illa inter communem contemplationem
atificam patriæ visionem mediomō ſe habet.
Octauus gradus & actus, eſt mentem tam
dam post huius incolatum exilij ad faciem
felicissimam primæ veritatis inspectionē, ad
uinæ essentiæ visionem, ad infinitæ bonitatis
nissimam summe contentantem ac quietam
fruitionem perducere. Quo facto: desiderium
pletum eſt & quiescit, capacitas mentis effici-
ta, omnisque potentialitas animæ ad acimum
ducita cenſetur, quo ad finale ac principale
Idem¹⁶. cūm. Propter quod scriptum eſt: Satis ab quo
Idem¹⁵. apparuerit gloria tua. Et, Adimplebit mī
tia cum vultu tuo.

Prosequutio huius materiae: & quam
acq[ui]re

DE FONTE LVC. Fo. 16;
ac gratiōe agat sponsus cœlestis in anima
inflammata, sanctificata ac deificata.

Art. XVIII.

A pientiam amauit & exquisiuit a iu Sapient. 8.

Sventute mea: & quæsiui sponsam e-
am mihi assumere; et amator factus
sum formæ illius. Scio quoniam me-
cum communicabit de bonis, & erit
alloquitio cogitationis meæ. Intræs
in domum meam conquiescam cum illa. Non n.
habet amaritudinem conuersatio eius, nec tædi
um conuictus illius: sed gaudium et lœtitia. Spon-
sus & sponsa se mutuo complectuntur, diligunt,
deosculantur, astringunt, adulterinum despicien-
tes amore. Ita que increata sapientia (quæ est
deus æternus) sponsa creati spiritus ac feruidi a-
matoris rite vocatur. Quoniā talis amator eam
syncerissime ac vnice diligit, ardenterissime ac in-
terne eam sibi astringit, eā præ omnibus ample-
xatur, alienum atque impurum amorem peni-
tus aspernatur. Rursus deus (qui est sapiēria ista)
sponsus dicitur animæ (quæ est spiritus rationa-
lis) & anima amorosa spōsa est dei sui: quoniā
am deus per charitatem eam ampietit, per
vnionem præferuidam dulcissime eam deoscu-
latur, lumine gratiæ suæ eam fœcundat, eamque
sibi fidelem integrum inuiolatam manere tubet
& exigit. Quod quidem sit dum ipsa præter de-
um & extra eum nil diligit. Etenim iuxta preha-
bita nulla actio intantum conformat, sicq; iden-
tificat vnum cum alio, sicut dilectio. Hinc nimi-
rum anima feruēs ac sancta de cœlesti loquitur
sponso in amoris dialogo, in Canticō Canticō-
rum: Dilectus meus mihi, & eogo illi. Itēq; Ego Cant. 2

Y dilecto